



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 36. Papa sub Mercatoris habitu ex erce S. Angeli fuga elapsus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

**Sæc. XVI.** præterea Pontifex septuaginta aureo-  
A.C. 1527. rum millia numeratæ pecuniæ militi-  
bus Germanis, Hispanis vero triginta  
tria millia solvet; & decimo quinto post  
die iisdem quamdam dictæ pecuniæ  
summam, elapso autem tertio mense re-  
fiduam, quæ Cæsari debetur partem,  
nimirum plusquam trecenta quinqua-  
ginta aureorum millia numerabit; do-  
nec vero primæ duæ solutiones fierent,  
Papa ad tutum locum extra Romam  
abducetur. Firmabantur utrinque  
hæc pæcta, decretumque, quod nona  
aut decima Decembris die Pontifex ex  
Arce S. Angeli dimissus, ad urbem de-  
signatam conduceretur.

## §. XXXVI.

*Papa sub Mercatoris habitu ex arce  
S. Angeli fuga elapsus.*

**Ciacon. l.cit.** Attamen summus Pontifex, cum mole-  

.448.

**Guicci. l.18.** stias identidem a Moncada sibi in-  
ferri pertimesceret, atque aliunde pæctis  
stare haud posset, nocte, quæ nonam ac  
decimam Mensis Decembris diem inter-  
cedit, mercatoris habitum indutus auf-  
fugit, & peropportune prope arcis por-  
tam invenit Ludovicum de Gonzaga,  
quem Cardinalis Columna præmisit  
cum copiis, quæ ad Pontificis partes  
pertractæ eundem ex signo utrinque  
con-

constituto agnoscebant, atque Urbeve-  
tum deducebaat.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1527.

Lautrecus Papam libertati redditum  
edoctus, quantocius eidem Parmam, &  
Placentiam restituit, cumque exerci-  
tum suum intra Appennini rupes me-  
diæ hyemis rigori haud ultra exponere  
vellet, Bononiam versus progressus est,  
ubi tres omnino hebdomadas substitit,  
ibidem ulteriora Regis sui mandata  
præstolaturus. Vix eo advenerat, cum  
Clementis epistolam acciperet, in qua  
Pontifex libertatem suam eidem se de-  
bere profitebatur, simulque significabat,  
sibi a Cæsareis pro eorum libitu condi-  
tiones omnino iniquas fuisse impositas,  
proin se iisdem stare haud teneri, nec  
se, et si vellet, easdem adimplere posse.

### §. XXXVII.

#### *Postulata Angliæ Regis ad Cæsarem.*

Quantumvis Pontifex libertati reddi-  
tus esset, nondum tamen Franciæ  
& Angliæ Reges in Cæsaris gratiam  
rediere; Henricus enim bellum sibi  
nunciari edoctus, veram illius caussam  
occultare fatagebat: unde studiose per  
suos Legatos Imperatori quatuor arti-  
culos proponi fecit, quos sibi tum ab  
eodem haud concedi posse, probe co-  
gnove-